

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De institutione huius sacramenti. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

rabri: vbi submersis Ægyptiis liberati sunt Hebræi. Ita hoc cœleste manna: nonnisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis populum anti-<sup>Ioan. 19. f</sup> quum ad terrā promissionis per desertū eduxit. Hęc esca cœlestis fideles huius seculi per desertum transeuntes in cœlū subuehit. Vnde rectè viaticū appellatur: quia in via nos reficiens, usq; in patriā dedit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi præcessit, ita in manna significatio Dominici corporis. Hęc duo sacramenta demonstrata sunt, vbi de latere Christi sanguis, & aqua profluxerunt: <sup>Exod. 12. b</sup> quia Christus per sanguinem redēptionis, & a-<sup>Genes. 14. d</sup> quam ablutionis nos redimere venit à diabolo, & De sacra à peccato: sicut Israelitas per sanguinem agni pa-<sup>mentis lib.</sup> schalis ab exterminatore, & per aquam maris ru-<sup>4 cap. 3. in</sup> bri ab Ægyptiis liberauit. Huius etiam sacramen-<sup>princ in to. 4</sup> ti ritum Melchisedech ostendit, vbi panem & vi- num Abrahæ obtulit. Vnde vt ait Ambr. intelligi datur anteciora esse sacramenta Christianorum, quam Iudeorum.

## De institutione sacramenti. B

Hic etiam alia consideranda occurunt quatuor, scil. sacramentum, institutio, forma, & res. Sacra-<sup>Matth. 26. e</sup> mentum dominus instituit, quando post typicum agnum corpus & sanguinem suum discipulis in cœna porrexit. Vnde Eusebius Em. senus. Quia <sup>Euseb. hom.</sup> corpus assumptum ablatur erat ab oculis, & il-<sup>5. de Pascha.</sup> latus syderibus, necesse erat ut die cœnæ, sacra-<sup>ad princ.</sup> mentum nobis corporis & sanguinis consecraret: ut coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium.

## De forma. C

Forma verò est, quam ipse ibidem edidit dicens, Hoc est corpus meum: & post, Hic est sanguis meus.<sup>Matth. 26. e</sup> Cum n. hęc verba proferuntur, cōuersio sit panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Chri- sti: reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambr. Ser-